

strarum patentium debitæ; et plenariam habeant allocationem, aliquo in prædicto actu parliamenti specificato non obstante.

Et insuper de uberiori gratiâ nostrâ per præsentis pardonamus, remittimus, et relaxamus, præfato Johanni Cordrey dicti novi monasterii nostri abbati moderno omnimodas intrusiones et ingressus per ipsum in monasterium prædictum, ac in prædicta maneria, terras, tenementa, rectorias, et cætera præmissa ante hæc tempora facta, atque captiones actualis et realis possessionis, necnon exituum et proficuum eorundem primis fructibus de eisdem, per ipsum abbatem nobis debitarum ad usum nostrum non solutarum, neque aggregamento seu compositione pro solutione eorundem secundum formam actus supradicti factis; ac etiam eosdem primos fructus per ipsum abbatem modernum nobis debitos, necnon omnes pecuniæ summas pro eisdem fructibus nobis debitas eidem abbati per præsentis remittimus et imperpetuum relaxamus; eo quod expressa mentio, &c. In cujus, &c. T. Rege apud Westmonasterium xvij. die Decembris.

NUM. V.

COMPUT' MINISTRORUM DOMINI REGIS temp. HEN. VIII.

[Abstract of Roll, 28 Hen. VIII. Augmentation Office.]

MONASTERIUM DE BUSTLESHAM.

Com' Berk'	£.	s.	d.
Bustlesham, Mountague, et Cokeham—			
Redd' lib' cust' ten' et firm'	33	11	0

Com' Berk'	£.	s.	d.
Ives—Firma maner'	7	13	4
Maydenhed et Bray—Redd' lib' et cust'	7	3	5½
Et 1 quarter' lib' cumin.			
Temple Bulstrode—Firma maner'	4	0	0
Temple Bulstrode—Redd' terr'	3	18	6½
Crawtonns—Firma maner'	4	0	8
Marlowe Magna—Molend'	1	13	4
Ickforde—Redd' firm' maner', &c.	11	13	9½
Marlowe Parva—Firm' terr', &c.	5	2	1
London—Sunday wharf', &c.	9	0	0
Somers'			
Hurdcott—Redd' lib' et cust'	14	5	9
Hurdcott—Communis finis	0	3	4
Berks'			
Bustlesham, &c.—Perquis' cur'	0	16	7
Kingsclare—Rector'	29	6	8
Bustlesham—Terr' dñical' et rector'	34	1	4
Bucks'			
West Wycomb—Rector'	21	0	0
Southiton'			
Echynswell—Rector'	11	0	0
Chaldyfflete—Rector'	14	14	4
Stokenham—Rector'	58	0	0
Westdenn—Rector'	22	0	0
Curryrewell—Rector'	20	0	0
Taunton—Pensio de prior'	6	13	4
Helmerton—Rector'	9	19	3

Priory of Flanesford, in Herefordshire.

OF this House our information is extremely scanty. The licence of foundation shows it to have been built and endowed by Richard Talbot lord of Castle Goodrich in 1347, in honour of God, the Virgin Mary, and St. John Baptist. Its value remained so small in the 26th of Henry the Eighth^a that it may be suspected that no increase was ever made to its endowment. Tanner says "*Vide Cartam fundationis originalem penes v. cl. Petrum Le Neve arm. Norroy.*"

There are no Ministers' Accompts of this Priory in the Augmentation Office, nor has any Conventual or other SEAL of the Priory been met with by the Editors.

Flanesford Priory is in the parish of Goodrich. In one of the buildings now used as a Barn, and which seems to have been the refectory Chapel, are some neat windows in the pointed style.

Prioratus de Flanesford, in agro Herefordensi.

Litteræ patentes Regis Edwardi Tertii, Licentiam fundandi eundem, concedentes.

[Pat. 20 Edw. III. p. 3, m. 6.]

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod cum dilectus et fidelis noster Ricardus Talebot, caritatis et devotionis fervore succensus, quendam prioratum canonicorum regularium, ordinis sancti Augustini, in quadam placea vocata Flanesford, infra dominium ipsius Ricardi de Castro Godericici, in honore Dei et sanctæ Mariæ virginis, ac præcipuè beati Johannis Bapt. fundare disposuerit, Domino suffragante. Nos piam intentionem ipsius Ricardi in hac parte plurimum commendantes, ac volentes ipsum Ricardum, contemplatione personæ suæ, ad quam propter ipsius probitatem et impensa nobis fructuosa obsequia, sincero merito gerimus affectionem; et ut secum in tanto negotio participemus in præmiis, favore prosequi gratioso, de gratia nostra speciali, concessimus et licentiam dedimus pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem Ricardo, quod

ipse hujusmodi prioratum canonicorum regularium ordinis prædicti, in placea prædicta fundare, ac placeam illam cum gardino ejusdem, ac novem mesuagia, tria molendina, quinque virgatas, ducentas quinquaginta et quatuor acras terræ, viginti et tres acras prati, et dimidium, et sexaginta et tres acras bosci cum pertinentiis infra dominium castri prædicti, et Walleford, Hopmaloyssel, Payneswyk, et Westbury; ac advocacionem ecclesiæ ejusdem villæ de Westbury, quæ de nobis tenentur in capite, ut dicitur, dare possit et assignare priori et canonicis, Deo in prioratu prædicto, juxta ordinationem prædicti Ricardi inde faciendam, servituris. Habenda et tenenda sibi et successoribus suis, de nobis et hæredibus nostris, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam imperpetuum. Et eisdem priori et canonicis, quod ipsi placeam, gardinum, mesuagia, &c. à præfato Ricardo recipere possint et tenere sibi et successoribus suis prædictis imperpetuum, &c. In cujus, &c. Teste custode apud Eltham xviii. die Decemb.

^a "MONASTERIUM SIVE PRIORATUS DE FLANESFORDE.

ROBERTUS FORSTAR prior ibidem.

Com' Heref'	£.	s.	d.
Gooderich—Redd' terr' d'nic'	2	0	0
Whitchurch—Molend' et terr'	3	0	5
Homere—Terr' et prat'	0	7	0
Hope Maleysell—Cotag' et claus'	0	2	6

Com' Heref'	£.	s.	d.
Walforde—Pasc' et prat'	1	3	8
Ludbroke—Mol' et terr'	1	11	6
Com' Glouc'			
Payneswick—Mess' et molend'	6	18	3
	15l.	8s.	9d.
Repris'	1l.	0s.	0d.
Et valet clare per annum	14l.	8s.	9d."